



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Svffraganei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

tunc gratia dicitur perfecta, Gom. de expect. n. 17. & hoc est quando sunt litteræ plumbatae, idem in Reg. de non iud. Eccl. Et in tract. utri. sig. f. 87. col. 4. ver. est autem advertendum.

Nec valet dicere, quod potestas summi Pontif. est tantæ potentiae, quod ubi cuncte statim ac imposuerit manus, causat reservationem, seu affectionem, & manus Papæ appositi, facit quod inferior se intromittere non possit. Fel. quia intelligitur de decreto irritante, vel quando concedit gratiam expectat, vel mandatum de providendo, ut est vide re Gom. in utroque retract. & Staph. & decretum irritans non habet locum, siue vires, nisi confessis, & expeditis literis, & non antea, Gom. loc. cit. n. 18. Et 19 & Staph. de lit. grat. à n. 14. Et infra, vide gl. not. in c. venies, in ver. renunciasse iuri, de renun. ubi dicitur, & quando alicui acquiratur jus in beneficio, & per hæc patet ad objecta, vide Rebuff. ubi supra in for. signat. in ver. affectum, & de reser. tam gen. quam spec. n. 30. Et inf. & an, & quando sola signaturæ credatur, vide eund. in 3. par. for. sign. in ver. datum, à n. 1. facit c. institutionis, 25. q. 2. deci. Rot. 882 que incipit; Nota, quod dubi gratia, in antiquis. & hoc quod dictum est, ampliatur, quod etiam præsentatio literarum Papæ facta Ordinatio non ligat eis manus, quin alteri, quam illi pro quo scribitur conferri non possit, ita in c. f. soli ordinario, de concess. prab. lib. 6. & ibi Anchar. n. 1. Gl. in c. dilectus, il 2. in ver. receperit, de prab. Staph. fol. 202. n. 5. Et 2. sed illud non est omissendum, quempiam in foro conscientiae posse uti sola signatura. Re-

buff. de sign. grat. n. 8. sed secus in foro fori, per regulam de non iudicando, & c. sed huic videtur obstat practica, quia quiescunque Papa confert beneficium, quod pertinebat ad collationem alterius per indulsum Apostolicum, prout est alternativa, creditur voluisse de rogare indulso, seu alternativa alicui concessa quando illud sciebat, & contrarium concessit. Caput aq. dec. 83. p. 2. Praeterea supplicatio sola dat titulum, quando non venit canonizanda. Caput aq. dec. 235. p. 3. Et 301. ubi dicit, quod sola supplicatione auctoris justificatur titulus, vide superius in ver. Bullæ, §. 10. Sed Gemin. in c. si eo tempore, ver. nam datus, de elect. li. 6. dicit: nam datus executoris ad providendum, satis videtur habere vim testificationis, & tamen illam non afficit, sine decreto ante præsentationem, ubi videatur comprobare, quod dicitur in c. dilectus, il 2. & ibi Gl. in ver. receperint, de prab. lib. 6. & Anchar. num. 1.

S V F F R A G A N E I.

Primum, an teneatur ad Metropolitanum accedere extra celebrationem Concilii Provinc. Respondet primò, quia id clarè habetur ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de refor. Secundò, quia ita censuit sac. Congreg declar. 340. Tertiò, quia ita rescriptum fuit Archiepiscopo Culentino de mente Sanctiss. Domini ab ead. sac. Congr. sub datum Romæ, die 19. Novembris 1588. & hoc ampliatur, quod nec accedere ad præstandam obedientiam, nec personaliter, nec per procuratorem, nullamque constitutio nem obstat.

SVB-

